

BARTHOLOMÆVS GRADONICUS DUX LIII.

Electus die 7. Novemb. 1339. obiit 28. Decemb Ann. 1343.

MEMORIA ANTIQVA.

Pacificè rexi, publicumque & mente protexi.



Andream Dandulum V.I. Doctorem, D. Marci Procuratorem, ætate florente, Annorum scilicet undetriginta, postulante populo, ne videretur cum eo adversus Reipublicæ libertatem conspirare, extra urbem secessit, donec à Patribus, quadraginta virali comitio, Bartholomæus Gradonicus D. Marci Procurator in Principem subrogatur, uno & triginta suffragiis. Ætate iste & consilio grandævus, & penè octogenarius, sceptrum subiit rugientibus Furiis, Igne, Ferro, Aquà. Tempia, Turres, Regiam, antè Martias Calendas, quatientibus undis, ut supra tres cubitus præteritas inundationes præsens excederet, novo ex hoc Càtacylîmo civitas non enataisset, ni ei auxiliores accurrissent